



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

VIII. Egestatem summa[m] impio affert peccatum læthiferum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

regnet, *Seruus est, nec unius hominis, sed quod est grauius tot Dominorum, quos vitiorū. Is solū liber est, qui nulli peccato seruit; seruit autē Deo, cui seruire est regnare.*

## CAPVT VIII.

*Egestatem summam impio affert peccatum lethiferum.*

**S**Poliat enim eum, gratia iam diuina ablata, charitate primum, virtutum regina, quæ hominem cum Deo coniungere solet, virtutibusq; alijs omnibus imperat, earumq; officia exercet. Virtutibus deinde Cardinalibus, aliarum cardinibus; donis tandē spiritus Sancti, quæ cum gratia infunduntur, eoque sine homini conceduntur, vt eū ad voluntatē Dei promptè exequendam moueant, & vt se frequēter in actionib. virtutum exerceat, adhortantur. Fidē Theologi-



logicam, quæ intellectū ad credendum erigit, vt & spem Theologicam, quoque virtutem, ad æterna suspirantem, non evertit quidem peccatum mortale, occidit tamen suo modo, earumq; nitorem & gloriam tollit. Sicque peccatum mortiferum omnia ferè vel aufert, vel labefactat, quæ homini ad salutem necessaria sunt. Rectèque proinde D. Chrysostomus scripsit, *peccate nihil esse pauperius*; ab eo enim aqua ferè omnis effusa est, virtus exaruit, fortitudo in fauillam redacta est: cum Samsone cæcus molit, cum Iobo in sterquilinio sedet, à planta pedis vsque ad verticem capitis sanitate caret, vulnus & lior, & plaga tumens. Ter igitur execrandum est peccatum mortale, quod vermis ad instar pomum totum cõsumit, vt fermentū totam massam

*To. 5. hom.  
3. de Prov.*

*peccate nihil esse pauperius*; ab eo enim aqua ferè omnis effusa est, virtus exaruit, fortitudo in fauillam redacta est: cum Samsone cæcus molit, cum Iobo in sterquilinio sedet, à planta pedis vsque ad verticem capitis sanitate caret, vulnus & lior, & plaga tumens. Ter igitur execrandum est peccatum mortale, quod vermis ad instar pomum totum cõsumit, vt fermentū totam massam

sam  
ges o  
flore  
vt na  
eijcit  
mane  
est, h  
est, v  
di fu  
lis c  
hum  
scelu  
elita  
uole  
noce  
dium  
tritu  
tas in  
cùm  
cato  
suos  
clam  
riam  
non



lam corrumpit, vt grando fruges omnes disperdit, vt ventus flores, frondes, fructus decutit, vt naufragium merces omnes eijcit. Quod si virtus aliqua remanere videtur, falsa fictaq; illa est, hypocrisis est, flagitij larua est, virtutis fucus est. Eiusmodi fuit religio & obedientia Saulis coram populo & Samuele, humanitas charitas, & iustitiae scelus Absalonis aduersus Israelitas; Dauidis ementita beneuolentia in Vriam Ethæum, innocentia, & diuinæ gloriæ studium insolentis Pharisei in contritum publicanum; Iudæ pietas in seruatorem nostrum. Quæ cum ita sint, an non dolebit peccator? an non consumet annos suos in gemitibus? Esau irrugijt clamore valido, cum temporariam benedictionem amisit, & non rugiet impius implacabiliter,

*1.Reg. 15.**2.Reg. 15.**2.Reg. 11.**Luce. 12. 10.**Mat. 26. 49*



ter, qui cælesti benedictione priuatus est? Prodigus paternæ substantiæ in cælum clamauit, & ludio, qui cælestem thesaurum vno peccati mortalis iactu perdidit, in cælum gemens nõ clamabit? Clamabit, si sapit, cumq;

*Iob. 29. 2.*

Iobo dicet: *Quis mihi tribuat, ut sim iuxta pristinos menses, secundum dies, quib. Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad limen eius ambulabam in tenebris.*

CAPVT IX.

*Memoria peccato mortifero magnam partem intercidit.*

**M**EMORIA mater intelligentiæ, rerumq; magistra grauius originario peccato læsa est, grauius autem peccato mortali actuali læditur, præsertim cum iteratur repetiturque & vulnere vulnus additur. Ideo verò læditur,

tur, qu  
lam in  
quis, ve  
beret;  
ea in du  
peccati  
reddit,  
frequent  
ius me  
curet,  
memo  
idq; re  
ritarun  
turaru  
Deum  
In mer  
dus eff  
per ha  
sa sua  
me ut  
ut sign  
um, q  
Quæ  
ponit